



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XXI. Kayserliche Responsion auf die Frantzösische Friedens-Proposition.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1645.
Sept.

Ad 18. Zu dessen allen und jeden Befräftigung und mehrern Glauben, sollen die Friedens-Tractaten, mit beyder Theile Gesandten und Botschafften Hand und Siegel bestätigt, und sobald hier gegen einander ausgeantwortet, und dann augenblicklich ein beständiger Friede vollzogen, und die Waffen niedergelegt; Unterdessen aber solchen Zweck desto geschwinder zu erreichen, auch des Christen-Bluts zu verschonen, ein kleiner und billiger Stillstand verglichen werden. Jedoch also, daß mit der Friedens-Handlung zugleich verfahren, und nicht dahero etwan derselben einiger Verzug gemachet: sonst deroselben Confirmationes sowol von dem Kayser und Reichs-Ständen, als den Königen und Reichen Schweden und Frankreich, und deroselben Ständen, wie gebräuchlich ist, nach der Maas, wie abzufassen wäre, gesieget, inner zweyer Monaths-Frist, von dato an zu rechnen, ausgewechselt werden, endlichen aber dieser Auswechselung, die Publication und Vollziehung folge. Wann nun die Cron Schweden, mit dieser Erklärung zufrieden seyn, und dasjenige was dero obliegt, schuldiger massen leisten wird; so zweifeln die Kayserlichen Plenipotentiarium nicht, es werde auf beyden Theilen ein ehrlicher, beständiger und ewiger Friede erwachsen, und alles dahin gelangen, was die Herren Schwedische Legaten dem Kayser und dem Reich, ja der gangen Christenheit, gönnen und bedeuten:.

1645.
Sept.

§. XXI.

Die Kayserliche Responzion ad Propositionem Gallicam lautete also:

Kayserl. Responzion auf die Frankösische Friedens-Proposition.

Dictatum 17. Decembr.

Anno 1645.

Plenipotentiariorum Cæsaris Responiones ad Articulos à Regis Galliarum Plenipotentiarium de Pace propofitos.

Cum, absolutis jam pridem Præliminaribus Commutatisque utriusque Mandatis &c. Plenipotentiarium Cæsareis & Gallicis sub finem anni proxime præteriti conventum fuisset, ut ad quartum Decembris ejusdem anni utraque Pars Propositiones suas circa media Pacis, ad manus Dn. Mediatorum traderet, idque ad conditum diem memorati Plenipotentiarium Cæsarei re ipsa præstitissent, nihil magis expectabant desiderabantque, quam ut dicti Dn. Plenipotentiarium Christianissimi Regis Galliarum, etiam ex sua parte idem facerent; Verum cum iisdem Plenipotentiarium Regium, demum ad 11. Junii proximi præterlapsi (quæ Sacro Sanctæ Trinitati erat Sacra) Articulos 18. Tractandæ Paci Generali Firmæ & durabili proponere placuerit, reservata sibi nihilominus potestate addendi aut explicandi se amplius super iisdem, prout necessarium judicaverit. Plenipotentiarium Cæsarei ad contestandum constans ac perpetuum Sacræ Cæsareæ Majestatis in Pacem studium, quodque in se mora nulla sit, quin quamprimum cum omnibus ac singulis Electoribus, Principibus ac Statibus Imperii tum universim toti Reipublicæ restituatur, constetque is, quem sua Majestas Imperialis unice semper intendit, quietæ ac securæ dignitatis & incolumitatis status, super dictis Articulis (facta prius Electorum, Principum aliorumque Statuum Imperii præsentibus Legatis Communicatione) ad hunc modum sese declarant, reservata tamen sibi simili Addendi vel ulterius se Explicandi potestate.

Ad 1. Placet, ut Bellum & omnes hostilitates inter Sacram Cæsaream Majestatem & Sacrum Romanum Imperium ejusdemque Electores, Principes, ac Status, Regem Hispaniarum Catholicum, Domum Aufriacam, CAROLUM Ducem Lotharingiæ ejusque Fratrem & Liberos, omnes ipsorum Fœderatos & Adhærentes, ex una, & Regem Franciæ Christianissimum, Reginam Sueciæ

1645.
Sept.

Sueciæ, omnes ipsorum Fœderatos & Adhærentes ex altera Partibus, statim cessent, & ad hunc finem eo citius assequendum sanguinique Christiano parcendum, de Armistitio brevi & æquo conveniatur, ita tamen, ut in Tractatione ipsius Pacis simul procedatur, neve ex eo ulla mora Pacis Tractatui injiciatur.

1645.
Sept.

Ad 2. Placet item, ut inter dictas istas utrasque Partes, earumque Fœderatos & Adhærentes, sit firma & durabilis Pax & sincera Amicitia.

Ad 3. Cum hic Articulus supponat Pacem restauratam, & ad majorem ejusdem Confirmationem pertineat, porro autem Domini Plenipotentiarum Gallici Articulo 12. infra declarent, placere sibi quidem, ut Assurationi Pacis provideatur, in specie autem, quomodo ea assuranda sit, nihil proponant, respondent Plenipotentiarum Cæsarei, ubi ordine ad hunc Punctum ventum fuerit, & Domini Plenipotentiarum Regis Galliarum circa specialia prælibatæ Assurationis sese explicarent, se quoque, quæ ad hunc Articulum & Securitatem Pacis pertinent, ex sua parte libenter collaturos, neque modum aliquem Assurationis mutuæ, qui par & æquus sit, recusaturos esse.

Quod si tamen jam citra dilationem in rem ipsam ingrediendum, & cathgorice ad hoc peritum respondendum sit: Declarant Majestatis Suae Plenipotentiarum, id postulatum ejusmodi esse, in quod consentire neque suprema Ejus inter Christiani Orbis Reges ac Principes dignitas, ac Universalis Ecclesiæ Advocati munus, neque debitæ Vassallo protectionis obligatio, neque propinqui sanguinis ac naturæ jura, nec gratitudinis demum, ob tot tamque illustria Imperatori & Imperio totique Orbi Christiano in diversis occasionebus præstita gratuita officia, ratio permittat.

Qui proinde confidunt, Dominos Plenipotentiarum Regis Christianissimi eidem minime inhæsurus: neque aliud, quam quod a se ipso Rex Christianissimus ipsorum Dominus impetrari pateretur, flagituros, sed eam potius de integritate Imperatoria fiduciam conservaturos esse, quod ipsa ultro intra juti & æqui limites se contentura, neque causæ injustæ sese immistura sit.

Quod si autem, præter opinionem, ne huic quidem Assurationi adqueferent adversarii, proximum esset, in hunc reciproca Assurationis modum venire, qui, tamen ex Parte Majestatis Cæsareæ non usque quaquam par sit (quippe cum ex capitibus proxime superiori spha delibatis elucefcant, quanto major Majestatis Suae & Sacri Imperii erga Regem Catholicum, quam Regis Christianissimi erga quemvis Fœderatorum suorum sit obligatio) admitti tamen possit, ad demonstrandum magis bonæ mentis & intentionis sinceritatem, quam in actionibus omnibus suis Majestas Sua Cæsareæ habet, videlicet:

Placet, ut pro majori Confirmatione dictæ Pacis & Amicitia, postquam ea cum Imperatore, S. Imperio ejusque Ordinibus, Statibus, Rege Hispaniarum Catholico, & Domo Austriaca, eorumque Fœderatis & Adhærentibus restaurata fuerit, Majestas Sua Imperialis, neque directe neque indirecte, bellis & controversiis, quæ inter Galliam & Hispaniam nasci possent, sese immiscere, neque assistere sub quocunque prætextu inimicis duarum Coronarum, Franciæ & Sueciæ, debeat: Salvis tamen semper Juribus, tam Imperatori quam ejusdem Imperii Ordinibus & Statibus, ipsisque Regno Catholico ex Imperii Legibus & Constitutionibus, & signanter ex Transactione Burgundica An. 1548. ab Imperio confirmata, competentibus, aliis autem quibuscunque Tractatibus præcedentibus non obstantibus, quibus quantum huc pertinent derogatum sit. Sicuti vicissim Coronæ Galliarum neque directe neque indirecte bellis & controversiis, quæ inter Majestatem Suam

1645.
Sept.

Imperialem, & Sacrum Imperium ac Coronam Sueciæ nasci possent, se immiscere, neque assistere sub quocunque prætextu inimicis Imperatoris & Imperii, vel Regis Catholici, debent, non obstantibus quibuscunque Tractatibus præcedentibus, quibus, quantum huc pertinet, per præsentem Tractatum similiter expresse derogatum sit.

1645.
Sept.

Ad 4. Placet, quod omnia, pendentibus præsentibus motibus facta, oblivioni tradentur, absque quod ex una alterave Parte in futurum ulla postulatio possit institui sub quocunque prætextu: Et sicuti in hunc finem Anno 1641. in Comitibus Ratisbonensibus Generalis Amnestia jam est conclusa, & in Imperio publicata, ejusque effectus suspensivi cassatio jam jam publicanda, ita placet, ut per hos Tractatus Pacis, eadem perpetua & Generalis Amnestia denuo & quidem reciproce sanciantur, sine ulla Reservatione, Limitatione vel Exceptione Negotiorum vel Personarum.

Ad 5. Placet, quod in vim dictæ Amnestiæ Generalis, citraque derogationem ipsius, ac potius ad majorem cautelam & securitatem, omnes Præfecti, Officiales, Milites omnesque alii, qui tam Bello quam aliter quomodocunque uni alterive Parti, ac nominatim Domui Lotharingicæ & Hassiacæ Cassellanæ servierunt, restituentur & conservabuntur in omnibus suis bonis, honoribus & dignitatibus citra turbationem, quæ ipsis in posterum sub quocunque prætextu ex iis, quæ pendente Bello gesta fuerunt, vel aliter ex causa & occasione hujus belli, inferri possent.

Ad 6. Placet, quod in consequentiam & juxta contenta supradictæ Amnestiæ, ultro citroque restaurabuntur & restituentur in eundem statum, quo erant ante initium præsentium motuum inter Cæsarem & Regem Christianissimum extortorum, idque non obstantibus omnibus Repressaliis, Confiscationibus, Proscriptionibus, Rebus Judicatis, Transactionibus, aliisque Actibus præteritis, exceptis tamen iis, quæ in proxime præteritis Comitibus Imperii Ratisbonensibus de Anno 1641. ibidemque publicata Amnestia, aliter conventa & conclusa sunt.

Ad 7. 8. 9. Respondent Cæsarei Legati: Quicquid his Articulis continetur, Jura Suae Majestatis & Statuum Imperii concernere, quarum rerum causa vel ratione ipsis cum Coronis exteris neque communio aliqua intercedat, neque Bellum susceptum vel gestum hæcenus fuerit, quod si super iisdem, Majestatis Suae cum quibusdam Statibus Imperii dissensionis vel diffidii aliquid intercesserit, id jam pridem penitus compositum sublatumque esse. Nec esse ex iisdem præter unam Landgraviam Hassiæ, qui hodie quacunque de causa Majestati Suae Bellum faciat; quæ tamen Landgravia hæcenus ideo solum in armis perseveret, quod sibi a Fœdere Gallico recedere non esse integrum dicat, donec Pax Universalis cum Coronis fiat, atque idcirco non videre Plenipotentarios Cæsareos, quo titulo vel fundamento Corona Franciæ, quoad hæc, a Majestate Sua aliquid prætendat; Esse in manibus Constitutiones Imperiales, ipsam Auream Bullam, ex quibus, quid cuique Juris competat, quidque in Electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi, aliisque Publicis Deliberationibus ac Negotiis observandum sit, clare constet; his Majestatem ex sua Parte inhærere, neque intendere contra earundem præscripta, quemquam Electorum, Principum, vel Statuum gravare, sed potius omnes & singulos juxta easdem protegere & manutenere. Quodsi, durantibus his tam difficilibus, variisque ac diuturnis belli motibus, contra vel præter earundem placita, quidpiam contigerit, id magis ipsiusmet belli & temporum injuriæ & calamitatibus (a quibus credibile, ne Coronæ Franciæ aut Sueciæ Status ac subditos per omnia exemptos immunesque fuisset) quam intentioni Majestatis Suae Impe-

1645.
Sept.

Imperialis esse adscribendum, quartum rerum querelæ simul cum Pace ipsa restaurata cessaturæ sint; si circa ipsas Constitutiones & Leges Imperii Mutandum, Emendandum, Interpretandum, Declarandumve aliquid fuerit, id cum ex earundem Constitutionum tenore, tum ex præsentatione Dominorum Plenipotentiariorum Christianissimi Regis Galliæ, his ipsis Articulis comprehensa, non aliò, quam ad plena Comitìa Imperii pertinere.

1645.
Sept.

Et potest quidem hoc responsum solidissimis rationibus nixum, sufficere ad repellendam circa hanc materiam omnem ulteriorem instantiam Dominorum Plenipotentiariorum Galliæ: Nequis tamen existimet, Majestati Cæsareæ grave esse, assentiri iis, quæ Legibus Imperialibus sint consentanea:

Ad 7. Respondent Plenipotentiarii Cæsaris, placere, quod omnes & Principes & Status Imperii stabiliantur in antiquis suis Juribus, Prærogativis, Libertatibus & Privilegiis, absque quod in iis imposterum sub quocunque prætextu turbari possint, & consequenter sine difficultate gaudeant Jure Suffragii sibi competente in omnibus Deliberationibus super Negotiis Imperii, principaliter, ubi de concludenda Pace, denunciando Bello, resolvendis Contributionibus, Delectibus & Hospitationibus militum, imponendis Præfidiis, exstruendis novis Fortificationibus in locis intra ditionem sive statum dictorum Principum sitis, concludendis Fœderibus, ferendis Novis Legibus, aut interpretandis Antiquis, aut aliis Negotiis ejusdem naturæ agendum, quæ imposterum aliter tractari & decidi non potuerunt, quam in Comitiiis Generalibus Statuum Imperii, neque resolvi, quam dictorum Statuum Consensu, salvis tamen iis, quæ ad Imperatorem & Collegium Electorale solum pertinent, & salvis eorundem Juribus & Præminentis, omniaque intelligenda juxta morem ab antiquo in Imperio receptum.

Ad 8. Placet, quod omnes dicti Principes & Status generatim & speciatim, manutenebuntur in omnibus aliis Juribus Superioritatis ipsis competentibus, & specialiter in Jure faciendi Fœdera tam inter se, quam cum finitimis Principibus, pro conservatione & securitate sua, modo tamen ea Fœdera non sint contra Imperatorem & Imperium, & Pacem ejusdem Publicam, fiantque salvo per omnia juramento, quo quisque Imperatori & Imperio obstrictus est.

Ad 9. Placet, quod omnes laudabiles Consuetudines dicti Sacri Imperii, Constitutiones & Leges Fundamentales ejusdem, & speciatim contenta Bullæ Aureæ, citra contraventionem, per quemcunque, sub quocunque prætextu faciendam, & ante omnia in eo, quod Electionem Imperatoris spectat, religiose observabuntur, in qua forma per dictam Auream Bullam & alias Constitutiones, Declarationes & Capitulationes in hac materia præscriptæ, inviolabiliter custodientur. Reliqua, quæ sunt in Propositione Gallicana huic Articulo adjecta, de non Eligendo Rege Romanorum, pendente Vita Imperatorum, magis adversantur Juribus Imperii & libertati Electorum, nec non Aureæ Bullæ & Capitulationibus Cæsareis, quam quod eisdem sint consentanea, prout hoc procul dubio ipsimet Electores, pro ea, qua in hoc pollent auctoritate, cum opus fuerit, melius declarabunt.

Ad 10. Placet, ut Captivi ex una & altera Parte sine lytro in libertatem reponantur. Cæterum non agnoscunt Legati Cæsarei alium Regem Portugalliæ, quam Regem Catholicum, ad quem negotium de liberando EDUARDO BRAGANTINO remittunt.

Ad 11. Placet, ut Commercia tam Aqua quam Terra, tam in toto Imperio quam in Gallia, restabulantur in eadem forma & libertate, qua ante præfentes motus erant, & quod omnia Pedagia, Exactiones & Impositiones, pendente

1645.
Sept.

dente bello, & ex occasione ejusdem, sine legitima autoritate introductæ, revocentur & aboleantur.

1645.
Sept.

Ad 12. Placet, quod sufficienter provideatur Securitati Tractatus in præsentiarum faciendi, ita, ut eidem impune impofterum nequeat contravenire.

Ad 13. Dicunt Plenipotentarii Cæsarei, Sacram Cæsaream Majestatem ad ullam Satisfactionem Coronæ Franciæ non teneri, quin potius e contra causam justissimam Propositioni ejus nomine factæ, postulataque Restitutioni cum omni causa insistendi habere, prout eidem hisce Legati Cæsarei insistent, & continuam desuper Responzionem expectant.

Ad 14. Declarant, multo minus se videre, ex quo fundamento Corona Franciæ Satisfactionem pro Fæderatis suis, ac nominatim pro Landgravia Hassiæ prætendat, fuisse jam pridem cum hac in conditiones certas conventum, quas Majestas Sua etiamnum ratas habeat. Cæterum placere, ut utriusque Partis Fæderati & Adhærentes hac Pace comprehendantur, quorum tamen nomina, ut cuivis, quem admittere velit, possitive statuere liceat, retenta sint.

Ad 15. Placet denique, ut omnium belligerantium Partium in Imperio Militia totaliter exauctoretur, retento ex iis, qui volent, & in suos status traducto, eo tantum numero, quem quæque Pars pro Securitate sua necessarium judicaverit.

Ad 16. Majestas Sua jure & ante omnia postulat, sibi & Fæderatis ac Adhærentibus, & nominatim CAROLO, Duci Lotharingiæ, totique ejus Domui, occupata a Corona Franciæ intra certum terminum restitui.

Ad 17. Placet, ut in hac Pacificatione, ex parte duarum Coronarum Franciæ & Sueciæ, Reges, Principes ac Status ante Conclusionem hujus Tractatus nominandi comprehendantur, sicuti vicissim Majestas Sua Cæsarea ex sua parte, quos comprehensos velit, nominabit.

Ad 18. Placet, ut hæc Pacis Conventio, postquam conclusa, subscripta & sigillata utrinque fuerit, simul eodem tempore, tam Osnabrugæ quam Monasterii, inter Partes commutetur, ac deinde ab illo momento firma & rata sit, omniaque Conclusa mox Executioni demandentur. Porro autem Confirmationes ejusdem, tam ab Imperatore ac Imperii Statibus, quam Regibus sive Regnis eorumque Ordinibus ac Statibus, locis ac temporibus determinandis, & juxta formulas utrinque concipiendas, tradantur.

§. XXII.

Friedens-
Schluß zwi-
schen Schweden
und Dänne-
mark.

Weil vorhero (Lib. II. §. 3. 10. 18. 19.) ausführlich gemeldet worden, was vor eine Unterbrechung der gegenwärtigen Friedens-Congress, durch den, zwischen denen beyden Cronen Schweden und Dänne-marc entstanden Krieg, erlitten habe; so wird nicht undienlich seyn, das darauf erfolgte Friedens-Instrument, wie es die Schweden auf dem Congress einigen anwesenden Gesandtschaften communiciret haben, alhier mit beyzufügen. Es ist zwar dasselbe in das Corps Diplomatique des Mr. DU MONT, Tom. VI. P. I. p. 315.

Sqq. aus des LOCCENI Historia Svecana, mit eingedrucket worden, weicher aber in verschiedenen Stücken von dem gegenwärtigen Exemplar ab. Bey dem LONDORPIO, Tom. V. p. 937. ingleichen im Theatro Europeo, T. V. 835. und bey GASTELIO de Statu Publico Europe, C. VI. n. 140. p. 226. ist nur eine Deutsche Uebersetzung davon: Und in des BOECLERI Historia Belli Sveco-Danici, welcher doch diesen ganzen Krieg, in dreyen Büchern, umständlich beschrieben hat, ist es gar nicht einmahl anzutreffen. In Schmaufens Corpo-